Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



nos 300

scandali et omis qui credidit in eum non confundet

Fratres. Voluntas quidem cordis mei et obsecratio fit pro illis ad
salutem. Testimonium enim perhibeo illis quia emulationem dei habent
sed non secundum scientiam / ignorantes enim dei iustitiam et suam constituere volentes iustitiae dei non sunt subiecti finis enim legis xpus
ad iustitiam omni credenti Moyses enim scripsit Quoniam iustitiam quae ex lege
est qui fecerit homo vivet in ea Quae autem ex fide iustitia sic dicit Ne
dixeris in corde tuo quis ascendet in celum id est xpm deducere a quis de
scendit in abyssum hoc est xpm a mortuis revocare Sed quid dicit
scriptura Prope est verbum in ore tuo et in corde tuo hoc est verbum fidei quod
predicamus. quia si confiteris in ore tuo dominum iesum xpm et in corde
tuo credidis quia deus exitavit illum a mortuis salvus eris Corde
enim creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim
scriptura Omnis qui credit in illum non confundetur Non est enim distinctio
iudei et greci Nam idem dominus omnium divites in omnes qui invocant illum Omnis
enim quicumque invocaverit nomen domini salvus erit. Quomodo ergo invocabunt
eum in quem non crediderunt aut quomodo credent ei quem non audierunt Quomodo
autem audient sine predicante Quomodo vero predicabunt nisi mittantur sicut
scriptum est Quam speciosi pedes evangelizantium pacem evangelizantium
bona. Sed non omnes obedierunt evangelio Ysaias enim dicit Domine quis
credidit auditui nostro ergo fides ex auditu auditus autem per verbum xpi
Sed dico. Numquid non audierunt et quidem in omnem terram exivit sonus
eorum et in fines orbis terre verba eorum Sed dico. numquid israhel non
cognovit primus Moyses dicit Ego ad emulationem vos adducam in non
gente in gente insipiente in iram vos mittam Ysaias autem audet et dicit
inventus sum a non querentibus me palam apparuit his qui me non interro
gabant Ad israhel autem dicit Tota die expandi manus meas
ad populum non credentem sed contradicentem

Dico ergo Numquid repulit deus populum suum absque. Nam et
ego israhelita sum de semine abrahe de tribu Benjamin.
Non repulit deus plebem suam quam presciuit An nescitis
in helia quid dicit scriptura Quemadmodum interpellat deum
adversus israhel. Domine prophetas tuos occiderunt. altaria tua
suffoderunt et ego relictus sum solus et quaerunt animam
meam Sed quid dicit illi responsum divinum. Reliqui mihi septem milia virorum